Fragmentarium

uenit alioſ ſtanteſ et dicit illiſ.
Quid hic ſtatiſ tota die ocioſi? Dicunt
Dicunt ei. Quia nemo noſ conduxit.
Dicit illiſ. Ite et uoſ in uineam.
Cum ſero autem factum eſſet, dicit
dominuſ uinee procuratori ſuo. Voca
operarioſ et redde illiſ mercedem.
incipienſ a nouiſſimiſ uſque ad pri
moſ. Cum ueniſſent ergo qui cir
ca undecimam horam uenerant.
acceperunt ſingulos denarioſ. Ve
nienteſ autem et primi, arbitrati ſunt
quod pluſ eſſent accepturi. Acceperunt
autem et ipſi ſingulos denarioſ. Et ac
cipienteſ murmurabant aduer
ſuſ patremfamiliaſ dicenteſ. Hi
nouiſſimi una hora fecerunt et pa
reſ illoſ nobiſ feciſti. qui portaui
muſ ponduſ diei et eſtuſ. At ille
reſpondenſ uni eorum dixit. Amice,
non facio tibi iniuriam. Nonne ex
denario conueniſti mecum? Tolle quod
tuum eſt et uade. Volo autem et huic
nouiſſimo dare ſicut et tibi. Aut
non licet michi quod uolo facere? An
oculuſ tuuſ nequam eſt. quia ego
bonuſ ſum? Sic erunt nouiſſimi
primi. et primi nouiſſimi. Multi
enim ſunt uocati, pauci uero electi.
Off. Bonum eſt confite- ri domi no
et pſal- le- re nomi ni tu- o
altiſſime. V. Quam
magnificata ſunt opera tua
domi ne nimiſ profunde facte ſunt
cogitationeſ tue. V. Ecce
ini- mi- ci tui domine pe- ribunt
et diſpergentur omneſ qui operantur
iniquita- tem. V. Exalta
bitur ſicut unicorniſ cor- nu meum
et ſenectuſ mea in miſericor-
di- a u- be- ri quia reſpexit oculuſ
me- uſ inimicoſ me- oſ et inſurgenteſ
in me malignanteſ audiuit
auriſ
me- a.
Secreta.
Muneribuſ noſtriſ quaeſumuſ domine precibuſque ſu
ſceptiſ. et celeſtibuſ noſ munda miſte
riiſ. et clementer exaudi. Per. Co. Illu
mina faciem tuam ſuper ſeruum tu
um et ſaluum me fac in tua miſericor
di- a domine non confundar quo
niam inuoca- ui te. Post co.
Fideleſ tui deuſ per tua dona firmentur.
ut eadem et percipiendo requirant.
et querendo ſine fine percipiant. Per.
Fratres. Feſtinemuſ Fra. iui. ad hebreoſ
ingredi in illam requiem. ut ne in id
ipſum quiſ incidat incredulitatiſ
exemplum. Viuuſ eſt enim ſermo
dei et efficax et penetrabilior omni
gladio ancipiti. et pertingenſ uſque
ad diuiſionem anime. ac ſpiritus. Compa
gum quoque et medullarum. et diſ
cretor cogitationum et intentionum
cordiſ. et non eſt ulla creatura inui
ſibiliſ in conſpectu eiuſ. Omnia autem
nuda et aperta ſunt oculiſ eius. Ad
quem nobiſ ſermo. Habenteſ ergo
pontificem magnum qui penetra
uit celoſ. Iheſum filium dei. teneamuſ

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 1, fol. 20v – Noted missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-70c4/7088/57954)